

EX BIBLIOTH.
NATIONIS HUNGAR.

VITEBERG.

II

25.

SIGNAT. CLVCCCCXIII.

12

HISTORIÆ LINGUÆ SCLAVONICÆ
CONTINUATIO TERTIA,
DE
DIALECTIS VENEDORUM
IN LUSATIA

ET
IN DUCATU LUNEBURGICO.

OCCASIONE ORATIONIS, QUAM IN GYMNASIO BEROLI-
NENSI DIE IX. JANUARIJ Aō. MDCCXXX. POST PUBLI-
CÆ INTRODUCTIONIS ACTUM HORA X. INSTI-
TUTUM, HABEBIT

NOVUS GYMNASII PRO-RECTOR

VIR CLARISS. atque DOCTISSIMUS, DOMINUS

JOACHIM. CHRIST.
BODENBURG

DE LINGUIS, ROMANA PRÆCIPUE, SUMMO
STUDIO IN SCHOLIS EXCOLENDIS.
AD QUAM AUDIENDAM

AMPLISSIMOS DOMINO PATRONOS
ET MAXIME REV. DN. EMPHORUM CUNCTOS-
QUE GYMNASII NOSTRI FAUTORES ET REI LITE-
RARIE AMICOS

DEMISSE ET OFFICIOSE INVITAT

PAUCA

DE UTILITATE CERTÆ SPEI SUCCEDENDI IN MUNERE
RECTORIS SCHOLASTICI PRÆFATURUS

JOHANN. LEONHARD. FRISCH.
RECTOR.

BEROLINI, apud CHRISTOPH. GOTTLIEB. NICOLAI. 1730.

HISTORIAE LINGUAE SCLAVONICAE
CONTINUATIO TERTIA
IN DIALECTIS VENEZOLANARUM
IN LUSATIA
IN DUCATU TUNBERGICO
OCCASIONE ORATIONIS QUAM IN GYMNASIO BEROLINENSIS
DIE XX JANUARIJ MDCCXXXI POST PUBLI
CAME INTRODUCTIONS ACTUM HORA X INSTI
TUTUM HABUIT
NOVVS GYMNASII PRO-RECTOR
P. CLAVVS DOCTORVM
IOACHIM CHRISTI
BODENBURG
DE LINGVA ROMANA PROEPIVS SEPTIMO
STUDIO IN SCHOLA BEROLINENSIS
AD COMPLETIONEM
AMPLISSIMOS DOMINOS PATRONOS
ET MAIORS DN. EMPHORIUM CENSIT
QVI GYMNASII NOTVS FACILIS
SERV. AAR. DS
DEUS ET HONOR PATRI
DE TRINITATE CERT. SUI ST. COMPLENDI MENTIS
RECTOR GYMNASII BEROLINENSIS
IOHANN LEONHARD FRISCH
RECTOR

BEROLIN. GOTTLIEB NICHOLAI





I.

De Dialecto Soraborum

Sive

Venedorum in Lusatia superiori.

Soraborum migratio e Servia, ipso nomine confirmari videtur. Vocantur enim ab Auctoribus Servi, Serbii, Syrſi, Syrbii, Surbi, Swirbii, Σέρβλοι, Serabi, Sorbieneses Slavi, & quod constantius illis mansit nomen, Sorabi. Urbs ob quam celebres sunt, est Budiffin, sive Budiffa. Bautzen. In cultura hujus dialecti nonnullorum Theologorum privata diligentia primas laudes habet. Nam ab eo tempore, quo Lusatiae maxima pars iis, qui Augustanae Confessioni subscripserunt, accessit, diu libris tantum Manuscriptis, in hanc dialectum versis, catechismis, & Evangeliiis Dominic. & Festiv. in ecclesia usi sunt. Wenceslaus Warichius tandem Catechismum typis expressum publico usui exposuit, cum brevi instructione legendi & pronunciandi literas Germanicas, quas ad indicandos peregrin.

regrinos sonos & inprimis linguæ Sclavonicæ sibilos, cum aliis composuerunt, aut superius puncto sive lineola notarunt. Hunc in Grammaticis regulis secutus est Zacharias Bierling, qui edidit Anno 1689. 8. Didascaliam seu Orthographiam Vandalicam. *Wendische Schreib- und Lese- Lehr auf das Budisinsische Idioma, oder auf die Hochwendische Ober-Lausnizische Sprach gerichtet.* Anno 1690. Decanus Budissinus in Romano-Catholicorum usum Evangelia & Epistolas Dominical. una cum Petri Canisii Catechismo Sorabice excudi fecit. Ticius, Jesuita Pragensis etiam gloriæ hujus particeps esse voluit, & scripsit Principia Linguæ Venedicæ. Anno 1679. Pragæ. 8. Deinde in Versionum, aut aliorum libellorum Ecclesiasticorum editionibus, tantum in præfatione paucas illas literas punctis vel lineolis notatas, & consonantium novas compositiones exposuerunt auctores. Lexica, præter Abrahami Frenzelii librum de origine Linguæ Sorabicæ (Budissæ Anno 1693. 4.) nulla vidi. E Veteris Testamenti libris quosdam verterunt hujus linguæ peritiores. e. c. Bierling in Orthographia sua scribit, se ad prelum typographicum paratas habere versiones Proverbiorum Salomonis, Hiobi, Prophetæ, Habacuc, & Malachia; Item Sirachidis. Gregorius Martini Septem Psalms Pœnitentiales vertit, & in dedicatione duodecim loca lectoribus nominavit in quibus Venedis Verbum Dei explicatur.

Baruth, Groditz, Klux, Guttau, Budissin, Wilkel, Förschen, Hohkirch, Gödau, Wilthen, Weissenberg & Malschwitz.

Anno 1703. Illustriss. Domina de Gersdorf cura, tanquam magnificentia ejus non minimum monumentum, prodiit integer Psalmorum David. liber Germanico-Sorabicus. Budissæ. 8. In ejus Præfatione etiam quædam Grammaticæ Sorabicæ regulæ additæ sunt. e. c. de duplici Ablativo, qui huic cum aliis Linguæ Sclavonicæ dialectis communis est; De pronomine Demonstrativo, quo sæpe loco Articuli utuntur; Item de Casibus
Præ-

Præpositionum; & de Conjugatione Verbi Substantivi. ENovo Testamento in MS. diu habuerunt hi Venedi tantum Evangel. & Epistol. Dominic. & Festival. Versiones variorum, ut Prætorii, Schertzii, Choinani, Item Michaelis Frenzelii, Patris Abrahami Frenzelii de lingua Sorabica optime meriti, qui etiam Anno 1670. in 8. Matthæi & Marci Evangelistarum, & Anno 1693. 8. Pauli ad Roman & Galatas Epistolarum versiones edidit. Accedente tandem publica Illustrum Lusatiæ superioris staruum auctoritate primum typis expressa sunt Evangelia & Epist. sive textus Evangelici & Epistolici per totum annum, una cum Passionis & Resurrectionis ex quatuor Evangelistis, nec non everse Hierosolymæ historia. Anno 1695. 8. Budissæ. Item Liber agendorum in Ecclesia; & Catechismus cum questionibus Grünwaldii. Denique etiam post hos Rivulos sacros ipse dulcissimus Fons, sive Novum J. C. Testamentum prodiit. Quæ Versio diu defuit iis, qui sibi Biblia polyglotta Sclavonica collegerunt, quamvis sint diversa facie & varia septem Voluminum forma: donec aliquis ea in æqualia volumina colligat, quod tamen vix sperandum est.

- I. Biblia Sclavonica, quibus Russi utuntur. fol. Charact. Cyril.
 - II. Bohemica. 8. III. Polonica. 8. IV. Venedico-Carniolana. fol.
 - V. Nov. Test. Characterè Glagolítico. 4.
 - VI. Nov. Test. Venedico-Sorabicum, s. Lusatiæ superioris. 8.
 - VII. N. Test. in Dialecto Lusatiæ inferioris. 8.
- Quibus ego addo propter Viciniam locorum & utriusque linguæ solitudinem, quamvis plane differant a lingua Sclavon.
- VIII. Versionem Letticam in Livonia Vet. & Nov. Test. 4.
 - IX. Versionem Nov. Test. Lithuanicam priorem. 4.
 - X. Versionem posteriorem N. T. 8.

II.

De Dialecti Venedorum in Lusatia
inferiori cultura.

HUic dialecto diutius defuerunt cultores. Albinus quidem Mollerus jam Anno 1574. libellum cantiones in Ecclesia continentem & catechismum dialecto hac conscriptum Budiffæ imprimi fecit: Sed neque illo seculo, neque sequenti quisquam ad continuationem hujus per typographiam cultura animum appulit. Sub initium tandem præsentis seculi decimi octavi Vir Rev. Dn. Gottlieb Fabricius, Pastor primum Kahrensis; nunc Inspector Diœceseos Corbussiensis meritiſſ. omnem ad eam lapidem movit. Cum enim scholas reperiret nullas, libros nullos, magnum præterea vocabulorum defectum, obsolescentibus Venedicis, & receptis corruptisque Germanicis: totum se linguæ hujus studio dedit. Felicissimo quoque successu peregrinum hoc idioma brevi tempore sibi familiare reddidit. Deinde cum Nov. Testamentum tantum MStum, & tantum in manibus Pastorum Ecclesiarum videret; idque a diversis interpretatum; multa non e textu originali, sed e Germanica modo versione, non pauca etiam sine debito vocum delectu, nullaque habita emphaseos ratione, obscuriora inveniret: Eadem laudabili audacia novam Versionem ejus aggressus est. Adfuit his conatibus gratia divina, Regis Friderici subsidium & Virorum cordatorum favor. Publicavit Anno 1706. Catechismum in dialecto eorum locorum, tanquam specimen majoris laboris sui, quem Anno 1709. integer Novi Testamenti codex secutus est. Sic cultura hujus apud tot ordinis sui viros tarditatem hac celeritate compensavit. Et quod in Lusatia superiori in tot annorum spatio a tot viris doctis, eandem cum Venedis patriam habentibus, non fieri potuit; Hic in Lusatia inferiori, peregrinus, paucis annis effecit. Retinuit orthographiam in Dialecto Lusatia

fatia superioris receptam, & prætulit prononciationem Venedorum in agro Cotbuisensi diversis aliis in Vicinia habitantibus. Non neglexit quadam literarum signa, quæ alii male in quibusdam libellis omiserunt. e. c. lineolam super (e) quando ut diphthongus (ie) sive (je) prononciandum est. Indicatur enim hac lineola Diphthongus omnibus Slavonica linguæ Dialectis communis, & in Charactere Cyrilico peculiari figura expressa; a nostra vero prononciandi consuetudine abhorrens.

III.

De Venedorum in Ducatu Luneburgico familiis & de Dialecto eorum.

Quæcunque de hac Dialecto habemus, curæ Nobiliss. Dn. J. G. ab Eccard debemus. In cujus egregio libello de historia Studii etymologici Linguæ Germanicæ cap. 35. p. 268. sequentia leguntur. „Habet Venedica gens in Ducatu Luneburgici Præfecturis Luchovienſi & Dannebergenſi habitans, genus dicendi Slavonicum, quod considerationem nostram meretur. Derisi quidem homines hujus gentis quondam cum lingua sua a nostris Saxonibus habiti sunt, ac usu illius a præfectis gravi sub pena interdicto, plerumque ejus se gnaros esse negarunt. Quo factum, ut ea inter seniores duntaxat rucolas vigeat. Et brevi habuissemus gentem vernaculæ suæ ignaram, nisi sub Georgii Ludovici Serenissimi Electoris nostri clementi regimine ad conservationem atque usum illius iterum excitati fuissent nostri hi Slavi. Degit Wustroviæ Christianus Hennigen, vir doctus, & Pastor ecclesiæ illius loci, qui a multis jam annis in id incubuit, ut quæ de lingua Venedica ibi locorum superessent colligeret, ac tandem Glossarium Germanico-Venedicum congeffit, in quo non voces solum sed formulas etiam loquendi plurimas annotavit.

Et

“ Et p. 273. pergit: Quoniam autem hic in eo sumus ut notiti-
 “ am linguæ Venedicæ quæ in Ducatu Luneburgico superat,
 “ demus, non possumus non inferere, & quidem in gratiam
 “ Lectorum exterorum, integrum Vocabularium quod Anno
 “ 1698. cum inter Venedos ageret forte, summo cum studio in
 “ proprios usus sibi confecit Joh. Fridericus Pfeffingerus, Eque-
 “ stris Academiae Luneburgensis Inspector. Quod ad Ortho-
 “ graphiam attinet, in ea Gallos secutus est, quemadmodum
 “ & Venedica verba Gallicis explicavit. Ut vero pronuntiatio
 “ sibi eo melius constaret, Græcos accentus, ubi opus fuit, vo-
 “ cibus superimpofuit.

Inter Collectanea Etymologica Illustrif. Leibnizii. Idem
 Dn. Eccardus p. 335. n. VI. edidit Epistolam Georg. Frider. Mi-
 thofii de Winidis Luneburgensibus, in qua Mithofius testatur, li-
 bros illis nullos esse, neque scriptorum ulla monumenta. Ora-
 tionem tamen Dominicam in hac lingua, una cum quibusdam
 precatiuncularum & narratiuncularum fabulosarum fragmen-
 tis epistolæ suæ inseruit. Addita etiam est ibidem vocabulorum
 Venedicorum brevis designatio.

Cæterum quia Venedi in Carniola, & in vicina Dalmatia
 Latino scribendi Characteribus, ii vero qui in utraque Lusatia super-
 sunt Germanico utuntur: Noluimus integrum utriusque linguæ
 alphabetum hic subungere, aut, sicut in primis hujus historiæ
 partibus fecimus, lectoribus illud in ære sculptum exhibere. Re-
 quirat tamen instituti nostri ratio, ut paucis monstremus quibus
 literis sibilantes suas scribant, easque inter se distinguant.

| Carniolæ | Verantii | Lusatia | |
|----------|--------------|---------|---|
| Latin. | Dalmat. Lat. | German. | |
| sh | x | ſ | legitur ut Sch. lenius sive ut g. Gall. ante (e) & (i) |
| f | f. z | ſ | ut s lenius. |
| fs | fs. fz | ſſ | ut s fortius. |

Z

| | | | | | | | |
|-----|---|---|-----|---|---|-------|-----------------------|
| z | - | - | cz | - | - | z | ut Germ. z |
| zh | - | - | cs | - | - | cz | ut tſch |
| fh | - | - | fch | - | - | fch | ut ſch Germ. fortius. |
| fzh | - | - | --- | - | - | fchcz | ut ſchcz. |

Diphthongos Slavonicas ja, je, jo, ju indicant Luſatia Venedi lineola, ſive puncto ſuper a, e, o, u, ſcripto.

In ſuperiori Luſatia etiam ſonum *hſch* habent quem per *hʒ* exprimunt.

E interdum legunt ut *é*, & oh ut oa Diphthongum.

H latinum apud Carnos legitur ut ch.

Charactèrem quem Ruſſi Jer appellant, (vid. Continuat. primam) qui loco Hebræorum ſcheva muti eſt, exprimunt quidam per lineolam ſuper litera, ut in n' ; alii per apoſtrophum ut, f' ; alii per hyphen ſive duobus punctis, ut ſ'ch, f:ch, ne legatur ut Germ. ſch. In fine vero nonnulli illud per j longum indicant. Accentuum nullã in ſcribendo ratio habetur. In ſolis Compoſitis cum præpoſitione indicant lineola tranſverſa præpoſitionem accentum habere, eumque etiam in polyſyllabis retinere, quamvis in quartam ante tonum & ultra veniat. ut na-uk legendum eſt ná-uk, non nauk.

Ad monſtrandam denique quandam harum Venedicarum Dialectorum differentiam, addo hic in quamlibet earum Orationis Dominica Verſionem. Et ſuppleo ſimul quæ in Andr. Mulleri ſive Ludekenii Centuria Verſionum & in Chamberlainii collectione deſunt. Quasdam etiam hac occasione emendo.

Oratio Dominica in Lingua ſ. Dialecto Venedica Carnorum, è Bibliis Matth. 6.

I.

Nafh ozha kir ſi v' nebeſich.

Poſvizhenu bodi tvoje ime.

Pridi tvoje Kraiſteſtvu.

B.

Iſidi

Isidi se tvoja vola, na Semli kakór v'nebeffih.
Nafh vřakdajni Kruh daj nam danas.
Inu odpuřti nám nafhe dulce, kakór my
nafhím dulřnikom odpuřzhamo.
Inu ne upelai' nas v'iskufhno.
Temuzh nas reřhi od sléha.
Sakaj tvoje je kraileřtvu; muzh inu
zhařt vekoma. Amen.

II.

Oratio Dominica; e Verantio p. 125.
in Dalmat. Dialecto.

Orcse nas Koyi yeřfi na nebeffih.
Szveiřfe gyme tvoje.
Pridi kralyeřřtvu tvoje.
Budi volya tvoja: kako na nebu, tako i na Zemlyi.
Kruh nas vřřagdanyni day nam danas.
I odpuřti naam duge nafse: kako i my
odpuřchyamo duxnikom nafřim.
I ne naařs uvediř napafř.
Da ofřlobodi naařs oda řřla.

III.

Oratio Dom. in Dialecto Lusatiae superioris
e Catechism.

Wotze nafř kiř řy wnebeřřař.
řwiaczene budz tvoje meno.
řřřindz knam tvoje kraileřřtvu.
Tvoja wohla řo řřan, řařř na neřju tař řeiřř na -řemli.
Nafř wřřřjedny řřieb daj nam dzeřřa.
ř wodař nam nafhe wine, jako my wodařwamy nafřřim
winifom.
ř ne wiedz nas do řpyřřtowařřa.
řřle wumoz nas wot řeřo řřeřo.

IV.

IV.

Oratio Dominica in Dialecto Lusatiae Inferioris,
e N. Test. Fabricii.

Wosch; nas; kenz; su; na; nebju.
 Huswjeschone; buzi; twojo; mieh.
 Pshizi; k; nam; twojo; kralesstwo.
 Twoja; wohla; se; stani; ako; tam; na; nebju; tak; teke; how; na; semi.
 Nasch; schedni; klieb; daj; nam; zinsfa.
 U; wodaj; nam; nasche; wiiti; ako; mi; wodawamü; naschim; wiitkam.
 U; newehzi; nas; do; spüctowaña.
 Alle; humoz; nas; wot; togo; slego.
 Psheto; twoja; se; kralesstwo; a; ta; moz; a; ta; zesz;
 to; simmernosezi. Amen.

V.

Oratio Dominica Venedorum Luneburgicorum
ex J. G. Eccardi historia studii Erymol.
Linguae Germ. p. 269.

Nos; Holya; wader; ta; toy; chiss; wa; nebisgay.
 Sjunta; woarda; tugi; geima.
 Sia; rick; komme.
 Sia; willya; schingot; koke; nebisgay; ko; kak; no; Sime.
 Noisfi; wissedaneisna; sgeiba; day; nem; dans.
 Un; wittedoy; nom; nosse; geeis; tak; moy; wittedogime;
 nosse; gresnarim.
 Ny; bringgoy; nos; ka; wasfikonge.
 Tay; lösoay; nos; wit; wissokak; hundak.

E Germanicis vocibus corrupta hic sunt:

Holia; henlig; Wader; Water; Woarda; werde; rick; Reich; komme; Fomme.
 Willya; Wille; schingot; geschehe. Bringgoy; bringe; Wasfikonge. Verschung
 Löswai; löse; erlöse; un; und.

Pro sgeiba apud Ecaardum in precatone quarta legendum est Sgeiba; quæ vox
 in altera hic sequenti versione, Sjeiba scribitur.

VI.

Oratio Dominica Luneburgicorum Venedorum alia
ex Jlluſtr. Leibnizii Collectaneis Etymol. p. 335.

Noos Wader tada tō jis wa tuem nibisiet.

Unser Vater der du bist in dem Himmel.

Sionctamo wardoot iui Geimang. (a)

Gehelligt werde dein Name.

Tui Niek cumma.

Dein reich komme.

Tua willia moſſa ſchinioſ caſ wa nibisiet

Dein Wille müſſe geſehen wie im Himmel

wiſſei ſo quoi noo ſime.

all ſo auch auf Erden.

Nooſi daglitia Sjeibe dii nam daans.

Unser täglich Brod gib uns heute.

Un wittodu nam nooſſe greichie, cooſ moy

Und vergieb uns unſere Schuld, wie wir

wittodujeme nooſſume Greichynarim.

vergeben unſern Schuldigern.

Ni ſarforii naſ wa Verſoſung.

Nicht führe uns in Verſuchung.

Erlöſii naſ wit tigge goidac (b) Hamen. (c)

Erlöſe uns von dem Ubel Amen.

- (a) Pro Seimang legendum est Geimang. In iisdem Collectaneis Leibnitzianis p. 341. lin. 4. scribitur, Jeomang, (nomen) g enim hic ut j pronunciat. Bohemis gmeno significat nomen, unde Venedi hi Geima sive Geimang habent.
- (b) In hac ultima prece (wit) significat (ex); in Bohemica & aliis dialectis, in primis in compositis scribitur Wj. Vox (tigge) est casus obliquus articuli, sive pronominis demonstrativi, pro Lusatico (tyg.) Ultima uox (goidac), quæ in Hennigenii Orat. Dominica (chundak) pronunciat, (& male ibidem loco Amen posita est, pertinet enim ad præcedentem precepcionem septimam) significat malum.
- (c) Hamen pro Amen, affinitatis cum Dialecto Lusaticæ inferioris indicium est, quæ multis uocibus a vocali incipientibus aspirationem addit.



ene

X

X

X

X

X

X

X

X

X

X

X

X

X

X

X

X


X

X



12






an Ung II 25



TA 206
(M-13 d-9)

E





12

HISTORIÆ LINGUÆ SCLAVONICÆ
CONTINUATIO TERTIA,

DE
**DIALECTIS VENEDORUM
IN LUSATIA**

ET
IN DUCATU LUNEBURGICO.

OCCASIONE ORATIONIS, QUAM IN GYMNASIO BEROLINENSI DIE IX. JANUARIII A^o. MDCCXXX. POST PUBLICÆ INTRODUCTIONIS ACTUM HORA X. INSTITUTUM, HABEBIT

NOVUS GYMNASII PRO-RECTOR

VIR CLARISS. argue DOCTISSIMUS, DOMINUS

**JOACHIM. CHRIST.
BODENBURG**

DE LINGUIS, ROMANA PRÆCIPUE, SUMMO
STUDIO IN SCHOLIS EXCOLENDIS.
AD QUAM AUDIENDAM

AMPLISSIMOS DOMINO PATRONOS
ET MAXIME REV. DN. EMPHORUM CUNCTOS.
QUE GYMNASII NOSTRI FAUTORES ET RELITERARIÆ AMICOS

DEMISSE ET OFFICIOSE INVITAT

PAUCA

DE UTILITATE CERTÆ SPEI SUCCEDENDI IN MUNERE
RECTORIS SCHOLASTICI PRÆFATURUS

**JOHANN. LEONHARD. FRISCH.
RECTOR.**

BEROLINI, apud CHRISTOPH. GOTTLIEB. NICOLAI. 1730.

